

cap: 1. Mariam Joseph fuisse desponsatam in uxorem, & non dicit, Joseph Mariam in uxorem duxisse, quod Matthæus ita explicat, Mariam à Spiritu sancto gravidã fuisse, antequam illam duceret domum.

V S V S.

Gene: 3. Cur ergo nõ Messias oportuit autem Redemptorem humani generis nasci ex virgine, & esse juxta promissionem semen mulieris, ut esset sine peccato. Quic-
Job: 3. quid enim ex carne natum, caro est, & omnes naturali modo conceptos, & na-
ψ 57. tos peccatores esse Psaltes affirmat.

V. Addit etiam modum nativitatis Christi pauperrimum.

Nascitur enim alieno in loco sine ullo humano subsidio, & in opaco stabulo.

Ita autem Messiam nasciturum innue-
Esai: II. rat Propheta, dum affirmat surculum ex radice Isai oriturum. Arbor enim siue stirps Davidica miserè erat oppressa, posteri Davidis, dum temporis erant privati, & homines pauperes, ut & Maria. Radix autem erat adhuc superstes, id est, licet Christus nasceretur pauper, revera tamen ex sanguine regio Davidis.

V S V S.

2. Cor: 8. Christus propter nos pauper natus & fa-